

Certamen Senecanum
Bassano 3 aprile 2016

Sezione: Interpretare Seneca

Tipologia A

Diodorum, Epicureum philosophum, qui intra¹ paucos dies finem vitae suae manu sua inposuit, negant ex decreto Epicuri fecisse quod sibi gulam praesecuit. Alii dementiae videri volunt factum hoc eius, alii temeritatem; ille interim beatus ac plenus bona conscientia reddidit sibi testimonium vita excedens laudavitque aetatis in portu et ad ancoram actae quietem et dixit, quod vos inviti audistis quasi vobis quoque faciendum sit:

vixi et quem dederat cursum fortuna peregi².

De alterius vita, de alterius morte disputatis et ad nomen magnorum ob aliquam eximiam laudem virorum, sicut ad occursum ignotorum hominum minuti canes, latratis; expedit enim vobis neminem videri bonum, quasi aliena virtus exprobratio delictorum vestrum omnium sit. Invidi splendida cum sordibus vestris confertis nec intellegitis quanto id vestro detrimento audeatis. Nam si illi qui virtutem sequuntur avari libidinosi ambitiosique sunt, quid vos estis quibus ipsum nomen virtutis odio est? Negatis quemquam praestare quae loquitur nec ad exemplar orationis suae vivere; quid mirum, cum loquantur fortia, ingentia, omnis humanas tempestates evadentia? [.....]

- Non praestant philosophi quae loquuntur.- Multum tamen praestant quod loquuntur, quod honesta mente concipiunt: nam quidem si et paria dictis agerent, quid esset illis beatus? Interim non est quod contemnas bona verba et bonis cogitationibus plena praecordia. Studiorum salutarium etiam citra effectum laudanda tractatio est. Quid mirum, si non escendunt in altum ardua adgressi? Sed si vir es, suspice, etiam si decidunt, magna conantis.

La/lo studente:

traduca il testo;

stenda un commento unitario al testo. All'interno del commento

- sottolinei le specificità della lingua senecana in riferimento alla struttura sintattica e alle figure di stile;
- evidenzi e chiarisca le modalità dell'argomentare senecano;
- offra spunti di riflessione personale e/o letteraria e/o psicologica sulla difficile pratica della coerenza per l'uomo virtuoso.

Nella stesura della traduzione e del commento si utilizzi la metà sinistra di ciascun foglio.

¹ = abhinc

² Sono le parole che Didone pronuncia poco prima di morire (Eneide IV, 653)